

Hildigardis 773 fundavit, Carolus 774 confirmavit, Adrianus 777 dedicavit, Andegarius 778 inchoavit. Idem in porticu hos versus descripsi:

Iohannes de Werdnow abbas hic in monasterio
 In annis sic notatis et per ziffras 1467 numeratis
 Incoepit aedificare et illa sequentia renovare
 Omnia a fundo inchoando, si bene consideres notando
 Mariae virginis officium, de mane semper habendum,
 Dormitorium, crucis ambitum, Liebethan castrum
 Et pallacium cum aliis pluribus in comitatu iacentibus,
 Quanquam iam haec incoepit, abbas tamen de Riethaim
 perfecit 1485.

[Bl. 229'] In castro et arce Liebethann haec descripsi, in sacello: Castrum hoc anno domini 1525 tumultu et saevitia rusticorum penitus exustum, a solo restituit abbas Sebastianus a Braittenstain magnis sumptibus et expensis propter rei frumentariae, quae tum passim in hac regione invaluerat, maximam caritatem.

Praefuerunt autem huic mōnasterio annis domini 1573, 74, 75 et 76, quibus ego Iohannes Gilbertus ab Holdingen de Kering etc. ministrum aulae clementissimi principis mei Eberhardi egi, ut sequitur: Eberhardus de Stain, abbas et princeps. Albertus de Hochenekh decanus. Georgius Wolffgangus de Mandach custos. Obiit anno 1575. Iohannes Thomas de Bernhausen, Melhior de Hochenlandenberg, Cristofferus de Werdenstain conventuales. Iohannes Erhardus Blarer, Iohannes Renner, Georgius Wilhelmus Horchaimer, Wilhelmus de Freyberg, Wolffg. Theodericus ab Erolzhaim iuniores. Theodoricus a Roth, praefectus aulae. Theodoricus a Horben, praefectus regionis.
